Oppositiones porrecte contra Commissionem presentem Curlandicam legitimo iure per Regem assignandam.

Responsiones et refutationes harum oppositionum cum deductione sufficienti quod Regii Juris sit, talem commissionem assignare.

Ad 1.

Commissiones Regie in tribus casibus dantur.

I. In limitibus

II. Super divisione bonorum hereditariorum inter fratres et proximiores.

III. De consensu partium aliad dare nullius sunt valoris vel momenti juxta statuta Regni Polonie, Ster. Part folio 94.

Hae distinctiones commissionum sunt vere, sed pertinent ad negotia in Regio agenda; quoniam stabilitum loco citato est anni 1505. jam autem accessus ad feudum Ducis Curlandie Gothardi cum Filiis ejus Friderico et Vilhelmo, ex constitutione Anni 1589. folio 512. titulo Ducatus Curlandie patet; ergo posteriora posterioribus probanda prout sunt, formula regiminis, investitura, Commissiones practicatae ex quibus mox apparebit post refutationem

Ad Curlandiam.

Nunquam emanarunt com. R. Negatur per omnia supposiones nisi ex placitis positum, quia omnes intra

BK 405

Ordinum Regni ad Conventum Generalem congregatorum aut ex decreto praeter illos tres casus.

Talis erat commissio ex comitiis Generalibus ordinum anni. 1611. ad formulam Legiminis Judiciorum Ducatus illius conscribendam, ubi deputati erant Commissarii, Reverendissimus Kuchorski Episcopus Culmensis, Reverendissimus Tatzosz episcopus Samogitiae, Magnificus Przeremski Castellanus Lawichostensis, Generosus Mletzko Judex terrestris Upitensis et Rothaski Secretarius Regius.

scripta constitutiones excepta unica primo loco posita, commissione elucidationem habitura, ni materiis tantum distinctionum et praetensionum cum vicinis non cum incolis fuerunt.

L. Haec commissio ex decreto Comitiali per voluntatem Regiam emanavit, interveniebant enim quarimoniae respectu novis Magnificolde tum quod nobiles et Incolae Ducatus Curlandiae sine certis legibus viuent, a ducibus supprimuntur, fides chatholica supprimitur, itaq; Rex mandavit instituere causam ad commitia, qua decisa assignati Commissarii isti à lege formulam Regiminis statuerunt, omnia negotia pacificarunt, et ut juxta statuta procedatur injunxe,

runt: si itaq; contra premis=
sa est exorbitatum, Legi=
supremi dominii est com=
missiones extradere.

Item ex comitiis Generali=
bus ordinum Regni anni
1661. ad cognoscendas et pa=
cificandas differentias in=
ter Ducem et nicolaus Curlan=
dice assignati erant Com=
missarii, Reverendissimus
Bialozor Episcopus Smo=
lensice, magnifici Sewla
czewski Palatinus Bresten=
sis, Dzbinski Castellanus
Rogoziensis, Sac Supremus
M. D. L. Cancellarius,
Obrynski Succamerarius
Novogrodensis et Mliczko
Iudex Terrestris Samogitie.

Ex. Legatur hac constitutio
inter constitutiones Lithua=
nicas folio 74. titulo com=
missio inter nicolaus Viltmens=
et ducem Curlandie, et
quare scribitur sinistre
in allegatione et Incolas
Curlandie, verum quod isti
Commissarii, sed non eo
fine destinati.

Item per constitutionem
anni 1661. fol. 71. reassum=
ta est hacce commissio,
ad quam designati sunt.
Cancellarii et Procancel=
larii utriusq; gentis, &c.

Ex. Intitulatio est talis re=
assumtio constitutionis
inter Incolas districtus Vil=
tinensis et Ducem Curlan=
die, quid ergo pertinet hei
Commissio ad interiora ne=

verendissimus Casimirus Kyovice Episcopi magnifici Sodberecki Palatinus Smolenscie, Uboinski Castellanus Dobrynensis, Praeterea ex Provinciis Majoris minorisve Polonia ad quem Magni Ducatus Lithuaniae ex equestri ordine, ex quavis Provincia quatuor officiales terrestres.

Qua commissione evanescente iterum est reassumta per constitutionem anni 1670. folio 11. hoc adjecto ne iidem Commissarii quidquam concluderent nisi prius in comitiis Regni, fecerint relationem.

Item Constitutio anni 1676. folio 32. disposuit ne praefati Commissarii quidquam concludant nisi prius in comitiis

Qua commissione evanescente per Constitutionem anni 1670 folio 11. hoc adjecto ne iidem Commissarii quidquam concluderent nisi prius in comitiis Regni, fecerint relationem.

§. Intitulatio talis, commissio inter Incolas Districtus Piltinensis et Ducem Curlandiae.

§. Intitulatio de verbo ad verbum ut supra assumptum constitutionis quoniam commissio 1670 anni non est effectuata.

et supra relatione.

tem constitutione Anni 1685. folio 14. Commissarii in Curlandiam destinati Reverendissimi Rotowicz Vilnensis, Radzieiowski Warmiensis episcopi Ac Capitaneus Samogitiae Brzeza Posnaniensis Ros Livoniae Castellani, et alii permutti in voluntine legum specificati; quibus injunctum est ne se se in Jurisdictionem Ducis Curlandiae migererent, sed pro decisione ad Serm<u>um</u> Regiam Majestatem latusq suum cum informatione partes remitterent.

In negotiis celsissimi Ducis Curlandiae assignadi fuerant Commissarii per Constitutiones Annorum 1609. 1611. 1678. fol: 37.

R. Folio 13. titulo Commissio Siltinensis contextus ad civitatem Siltin Commissarii veniant Privilegia respectu hujus districtus revideant respectu episcopatus Curoniensis Juris Patronatus nostri nihil ibi est de praetensionibus et gravaminibus Curlandiae Nobilitatis.

R. In constitutione 1609. folio 895. titulo Duces Curlandiae haec sunt. Pro expeditione Livoniae permittitur exemptio Ducissae Anspachensis, constitutio de usuris re-

assumitur Friderico in Regno vel Lithuania ad vitalitas approbatur 1611. inter Lithuanicas folio 14. titulo Commissio Ducatus Samogitia cum Ducatu Curlandie fol. 42 titulo dislimitatio districtus Bracteaviensis cum Curlandia Constitutio 1618. fol. 37. titulo de Duce Curlandie deducit ad effectum constitutionem 1609. de usuris quod pertinet ad negotia interna gravaminum nobilitatis Curlandie.

§ Hac allegatio in Volumine non invenitur.

Item Ratione ecclesiarum designata est in Curlandia Commissio per constitutionem anni 1683. folio 13.

Nunquam autem per rescripta practicata fuerunt Commissiones in Curlandia nisi ex decretis et de consensu partium aut ratione limitum.

§. Negatur sunt multa praejudicata, et constitutio manifesta 1618. quam infra de tenore pono, verum hoc est, quod commissiones ratione limitum et pretensionum cum exteris

vel Palatinatus cum Palatinatu debent esse ex comitiis non autem ad negotia interna melius patebit ex infra scriptis.

Sciatur ergo quod alia ratio est Ducatus Curlandiæ et alia districtus Siltinensis, qui erat recuperatus jure armorum, jam autem Ducatus Curlandiæ se libere subdidit Regibus Poloniæ tanquam directis dominis et Reipublicæ ã Regibus uti a capite dependentis.

Cum nulla sit commissio per constitutionem inter Ducem Curlandiæ et nobilitatem, ergo omnes fuerunt ã Rege, nam et illa ex qua formalu Regiminis processit ex decreto Regio comitiali, processit non ex constitutione, ista autem maxime sunt diversa constitutio et decretum comitiale Regium quod Rex concludit.

Probatur quod Lex Solonica est directus dominus in Curlandiam, illiq tanquam hereditario domino jurant Duces Curlandia ac per consequens est regium jus commissiones extradere in Curlandiam, nec debebatur talis disputatio de Jure Regio instituti.

Volenti ex fundamento Jura Curlandica scire opus est parum perstingere constitutiones Livonicas: quod etiam Livonia simili feudo erat adstricta, patet quod sub utroq sigillo expeditiones debebant esse literarum constitutio 1589. folio 508. titulo expeditii literarum.

Propterea in eadem constitutione 1589. inferius fol: 512. titulo Ducatus Curlandiæ Gothardus cum filiis et cum stirpe vocatur feudatarius ea lege sicut Livonia.

Tandem ab anno supra scripto ad annum 1616. vixit nobilitas sub gravi Imperio Ducum, adque rimonias jussit Rex citare Ducem, ad comitia judicavit, commissarios assignavit, hoc fuit ex voluntate Regis, non ex Comitiis.

Haec commissio expedita est in Curlandia Mitavia Anno 1617. constituta formula Regimis ex quo sequentia

In puncto 19. si inter Principem et nobilem sive unum sive plures de possessionibus aliisq rebus orta fuerit quaestio causa ea immediate coram Regia Majestate intentabitur. Ergo Rex legitime pro sua voluntate extrudit Commissionem.

In puncto 27. ordinatio ista aeterna esse debet, si Princeps conventum non indixerit authoritate Sacr: R. M.tis indicetur.

In puncto 32. Vasallagium debet esse Principis, juxta investituram Regiam ad Normam Ducum Prussiae.

In puncto 49. est forma juramenti nobilitatis suo Duci praestandi in qua debent jurare Duci legitime à Rege investito.

Notandum, huic Duci moderno non juravit nobilitas, quia etiam ipse nondum praestitit homagium Regi, ergo censetur esse pro privato.

Constitutio anni 1683. fol. 6. titulo, homagium est de tenore tali, siquidem ad supplicationem Ducis Curlandiae authoritate praesentis conventus

dispensavimus, ut per le
gatum suum redderet nobis
homagium proinde hoc in
posterum in sequelam et
praejudicabum trahi non
debet, sed quotiescunq;
contigerit novus Ducatus
Curlandiae possessor, ipse
Dux Curlandiae in persona
sua homagium redde
re nobis et serenissimis
successoribus nostris
debebit, ergo Regium
est supremum domini
um.

Itaq; directissimum est
dominium Regum Polo
niae in Ducem Curlan
diae in antecessum co
ram coram ipsis Regibus
homagium reddebant ex
tra Comitia et tamen in
ni hac posteriori consti
tutione non attendatum
est quidquam contra domi
nium Regis nec positum

est ut mi comitis homagium prestetur.

1639. Vilne d. 16. Februar:

Juramentum Ducis Jacobi Curlandie Vladislao quarto Regi Polonie.

Ego Jacobus et juro super sancta Dei Evangelia quod ab hac hora deinceps usq ad ultimam diem vite mea ero fidelis et obediens tibi Serenissimo Principi comitiro Vladislao quarto, sicuti meo naturali et hereditario Domino et successoribus legitimis tuis Regibus.

Istemet Vladislaus quartus dedit Commissionem ad intromittendum Ducem Curlandie, nec non ad sublevandas differentias inter Principem et equestrem ordinem exortas nullo premisso decreto vel mandato

prout ablevatur frustra
quia voluntas Regis ad
res Curlandicas nulla
lege est limitata.

Decretum horum Com-
missariorum Mitavie
anno 1642. d. 29. Novbr:
prolixissimum constans
punctis 58. Commissarii
fuerunt Johannes Zdwacki
Palatinus Parnaviensis
Stanislaus Naruszewicz
Referendarius et Notarius
M. D. L. Christhophorus
Lode Succammerarius
Dorpatensis, Henricus
Denoff S. R. M.tis Secre-
tarius Capitaneus.
1701. emanata Commis-
sio nullo praedio manda-
to ratione expulsionis
de bonis Junterhof ad
instantiam magnifi-
ci Schreders Succame-
rarii Curlandie
Sed multae similes inveniuntur

Pro ultimo sit constitutio Lithuanica luce meridiana clarior 1678. fol. 7. titulo declaratio de commissionibus Curlandicis. Quoniam in Curlandiam contra pacta unionis juxta quae ad Regnum et M. D. L. incorporata est, commissiones ex una solummodo gente ex Cancellaria nostra extradi solent. Proinde tales commissiones etiam nulla lite praecedente emanatas pro nullis declaramus, et non obstantibus earum decretis administrationem partis gravate alios Commissarios assignabimus, restituendo in integrum negotia principalia.

Ubi ergo hic est ut praevis mandatis commissiones extradantur.

Quia hic sensus nulla
lite praecedente intelli=
gitur, et si nemo quere
laretur contra com=
missionem sub uno
sigillo emanatam.